

modi constitutionibus vel satisfactionibus rebelles contumaces seu forsitan contradictores temerarii convincantur, iuxta enormitatem facinorum de civitate eiiciantur et ab omni prorsus iure piscatorum proscribantur per spatium unius anni vel amplius, prout videbitur domino praeposito suisque iudicibus expedire. Item de causis criminalibus et vulneribus qualibuscunque, furtis vel homicidiis, quod iudicium sanguinis poterit nuncupari, iudex civitatis nomine ecclesiae [et] auctoritate domini praepositi iudicabit praesente suo iudice seu nuntio, ne videatur ecclesiae in emendis aliquilibus sive iuribus defalcari. Et ut haec rata maneant et inviolabiliter observentur, praesentes litteras cum appensione nostri sigilli ecclesiae sancti Thomae in Lipzck ipsiusque conventui dari iussimus pro munimine et robore sempiterno. Cuius testes sunt Otto dux iunior Brunswicensis avunculus noster dilectus, Henricus comes iunior de Swarzburg sororius noster dilectus, fideles nostri Rudolphus pincerna de Dornberg, Henricus de Libenowe, Albertus Knut, Johannes de Geylnowe, Tammo de Haldecke, Henricus de Kokericz, Henricus de Thecwitz<sup>17)</sup> milites, magister Johannes nostrae curiae prothonotarius et alii quam plurimi fide digni. Acta sunt haec et data Lipzck anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo quinto in die apostolorum Philippi et Jacobi regnante feliciter gloriosissimo domino nostro Alberto Romanorum rege anno septimo regni eiusdem.

Nach dem Registrum copiarum fol. 149 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

Wilke Ticem. Cod. dipl. p. 180 sq. liess die Urkunde nach dem damals noch vorhandenen Orig. in der Innungslade der Fischerinnung zu Leipzig abdrucken (vgl. auch Gretschel in dem Ber. d. deutsch. Gesellsch. z. Leipz. 1832. S. 80), welches später abhanden gekommen ist. Das Registrum copiarum enthält am Schlusse der Abschrift die Bemerkung: Ibi superest alia littera quae de verbo ad verbum concordat cum praecedenti cum dato et testibus. Dies kann nicht wohl Bezug auf diejenige Ausfertigung haben, welche der Abschrift auf fol. 23<sup>b</sup> im Liber copiarum, einer gegen Ausgang des 14. Jahrhunderts angelegten und h. z. T. im Rathsarchiv aufbewahrten Sammlung von Abschriften der Klosterurkunden zu Grunde liegt; denn wenn auch viele nicht weiter verzeichnete Abweichungen auf Rechnung des unkundigen Copisten kommen, so weisen doch die unter dem Texte bemerkten Besonderheiten darauf hin, dass noch eine andere nicht ganz gleichlautende Redaction existirte.

<sup>17)</sup> Henricus senior de Vtchowe, Henricus senior de Statebach Lib. cop.

## No. 65. 1305. 10. Aug.

*Das Nonnenkloster zu Mühlberg nimmt das Thomaskloster in die Gemeinschaft seiner guten Werke auf.*

Venerabili domino Alberto praeposito totique religioso conventui canonicorum regularium in Lipzck Conradus dei gratia praepositus, Gertrudis abbatissa totumque collegium sanctimonialium in Mulberch cum sincero affectu orationum suarum obsequium indefessum. Honestati vestrae grates referre quam maximas non cessamus pro benivolentia largifluae pietatis, qua nobis non quaelibet munuscula terrena sed dona coelestia et spiritalia contulistis, quae solo sancti spiritus instinctu acquiruntur et caritatis vinculo continentur. Qua propter tantae benignitati vestrae vicem rependere cupientes quamvis vilia pro caris et modica pro magnis, tamen quae a deo gratis accepimus gratis damus scilicet fraternitatem et participationem omnium bono-